+

n°2

Commentarium in propositionem academiæ regalis chirurgiæ

De anodinis

1° anodina sunt remedia lenita adque dolores sanandos apta.

2° Eorum agendi ratio est reddere humores fluidos et in statum pristinum restituere solidos.

3° Differentes sunt eorum species, alii sub formâ decoctorum, balneorum, vapororum, fomentarum &c, alii sub figurâ linimentorum, cataplasmatum, emplastrorum, unguentorum &c.

4° Eorum usus convenit in omnibus dispositionibus contra naturam; et in hac parte ostendam anodyna quæ ad chirurgiam unice pertinent, et quæ ad manum reperiuntur.

1° Anodyna sunt remedia lenita adque dolores sanandos apta, quia intercedunt crispationi aut tensioni in fibris, quarum motus magnas irritationes producere possunt; sive acre irritato quod in liquidis adest, sive interceptione humorumque mansione qui densantur et sanguinis circulationem intermittunt, quod facit contractionem et inflationem. inflatione, tubi obstructo meatu liquorem hærentem refundunt, et constrictione, tubi contrahuntur et in rugas coguntur ita ut fluidis aditum intercludant exquo fit ut inflatio tensionem afferat — et

et Constrictio strangulationem, unde effectus ejus facile percipi-
mus qui solis anodinis curantur et de quibus postea, prius
de eorum agendi modo agamus.

2.° Eorum agendi ratio, ut supra dictum est, est reddere
humores fluidos, et in statum pristinum restituere solidos,
id perficitur anodinorum nostrorum proprietate quæ agunt,
fibrarum tensam relaxando, concretiones dissolvendo, et
materiæ quantitatem, quæ tensionem producit, inæquali-
violentæque tractioni medendo, acritatem mitigando, cum-
purgando, et tollendo id quod fibras disjungit, modi ad-
solidos in statum pristinum restituendos apti, ad liquidos
reddendos fluidos et reducendos ad equilibrium, sic
gradatione anodina penetrant paulatim usque ad
textum magis intimum partium, sufficientem relaxatio-
nem faciendo, ut insinuetur inde in humores et
obvolvant suis particulis tum lenitis et balsaminis
tum onctuosis et mucilaginosis acritatem in rugas
cogentem quæ sæpe rectilineum affert fibræ, quod-
spare solidorum pondus impedit cum liquidis, obstruendo
constrictione vias secretorias et excretorias ubi adsunt
fibræ, quæ in pristinum statum restituuntur solo ope-
anodinorum, cum affluentibus sanguinis detractionibus
quæ faciunt vacuum, latumque creant manenti-
liquido, attrahendo gradatione hunc humorem
crassum et adventitium, qui in angustias profluentes
spiritus compellit, qui fluunt copiose ad læsas partes;

qui invenientes eorum vias obstructas, coguntur ad —
retro eundum ad suum principium, indeque nascuntur
convulsiones, delyria, stupores, et simptomata natura —
infaustissima; omnibus obstaculis ablatis, natura —
anodinis adjuta auxilium tradit, fiunt secretiones
et excretiones, fitque depuratio generalis et salutaris.

3.a Differentes eorum sunt species quemadmodum et —
differentia genera reperiuntur, alii dolores tranquillant, —
fibram in pristinum statum restituendo, fluiditatemque —
liquidis reddendo; alii nervosum genus sopiendo somniferis, —
qui partis tranquillitatem tradunt, spiritus profluentes —
cohibendo, et hâc ratione impedit ne pars gravius —
oneretur tubique obstructo meatu liquorem refundant —
abondantiâ humorum qui ad illa se conferunt.
Subter haec duo remediorum anodinorum genera conclu —
duntur multae aliae anodinorum species, priores praeferri —
debent, cum ad tutam perfectamque sanationem spectent,
et ultimi sunt solum remedia levantia, curatio imperfecta
permanens; tamen utrumque exercere debet, de illis —
fructus salubris percipitur, cum utroque utimur; —
curatio prioribus perficitur, cum non relinquuntur, et —
morbi ab ultimis sublevantur qui, liquorum spirituo —
sorum cursum suspendendo, majorem facilitatem
prioribus dant ad actiones suas.

theoricâ practicâ nititur hæc Consequentia; omnis humor contra naturam, in ortu suo, anodinis lenitis et balsaminis deletur, cum vitalis principii progressus a somniferis suspenditur.

In formulæ anodinorum secundum differentes species, quæ distinguuntur in simplicibus et compositis, inter simplicia adnumero folia, nempè malvæ, altheæ, parietis, mercurialis, verbasci albi, senecionis, sambuci, violatii, hiosciami, &c. flores, nempè camomeli, meliloti, verbasci albi, croci &c. radices, nempè altheæ, lilii, nimpheæ &c. semina, nempè Lini, fænugræci, cumini, anethi, frumenti, hordei, &c. animalium partes, nempè Lactus tepidus, butirum recens, ovi luteum, partes animalium recenter occisorum, medullæ, adipes, sera, &c. olea, nempè amigdali, leniti, camomeli, lilii, anethi, violatii, &c.

inter Composita sunt Cataplasmata, Linimenta, fomenta, balnea, vapores, unguenta &c.

Cataplasma anodinum.

℞. micæ panis albissimi in lacte tepido vaccinini maceratæ ℔. j. sufficienter coquantur, postea adde vitellorum ovorum n. ij. olei rosati, quantitate s. croci pulverisati ʒ ss. j. fiat Cataplasma secundum artem.

Aliud.

℞ foliorum, florum, radicum, seminum supra vulgarissimorum ān. m. ß. j. coquantur et passentur per setaceum, postea adde quatuor-arum farinarum. ℔. j. olei rosati et liliorum. ān ℥. ij. vitellorum ovorum. n. iiij. croci pulverisati ℥. j. iterum coquantur et reducantur in formam cataplasmatis cujus partem tegel.

Litura.

℞. olei, camomeli, lini, therebentinæ ān. ℥. j. unguentum altheæ et populei ān. ℥. j. quæ secundum artem dissolves quibus qui es partem unges.

fomenta, balnea, vapores.

pro fomentis et vaporibus, supra simplicibus utor, quorum optimas decoctiones pro usu facio, illis pariter utor in balneis, secundum species morborum differentes; aquæ simplicis tepida balnea aliquando melius prospere succedunt, corum particulis, non distentis, nec oneratis; particulis herbarum medicarum de quibus supra.

unguenta.

quentium ad unguenta, si opus illis sit, in Lituas inquirentur ad illis utendum in necessitate

Balsama.

Balsamum anodinum batei et balsamum tranquillum abbatis rousseau sunt adhuc remedia excellentia; in numero anodinorum debent referri praecipue somniferorum, tamen sunt aqua medicamenta resolutiva, experientia constat, in angina

Somnifera

inter anodina quae dolorem tollunt, somnum procurando; solis utor lenitis et naturalibus et de quibus exire facile possumus nimirum. lactuca, nimphea, seminia majora frigida in emulsione, solanum vulgare, cynoglossum, papaver erraticum rubrum campestre, omnesque ejus partes, folia capita, succus et papaver album quorum decoctio vel aut syrupos facio.

inter anodina, emolientia et resolutiva inclusi, ut propria; quod ratione evincam.

Emollientia fibram reddunt flexibilem, eam relaxando; resolutiva vero, suâ propriâ activitate, humorem alibi transferunt, elasticitatem fibrae dando, hac exordiar, prius et singulatim enarrando dolores quibus corpora nostra sunt obnoxia.

Dolores fiunt inflatione aut Constrictione, unde periculosi morbi semper eveniunt qui naturam plus aut minus excruciant: inflatio fit obstructione et nominatur humor sanguineus aut limphaticus: Constrictio, strangulatione, et vocatur, arthriticus, rhumatismus, epiphoris obnoxius; inflatione cum aliqua particula tersa et adventitia moratur in sanguineis venis aut limphaticis, aditum intercludit aliis liquoribus, quod tensionem violentissimam producit, et impedit spiritus refluere qui confuse pulsando, pulsationibus frequentibus occasionem dant, quæ fibræ [illegible] destructionem causant, nisi remedium celeriter afferatur; Constrictione, cum aliquis particula acris fibram nervosam percutit, illam compellit ad vehementem contractionem, accidens quod naturam excruciat, et quod solum deletur applicatione remediorum concinnorum.

anodina emollientia agunt, fibram remittendo, poros aperiendo, suas particulas tum lenitas et balsaminas tum unctuosas et mucosas insinuando, obtundendo acritatis in rugas cogentis acumen, quod omne malum inferebat; non sufficit hunc humorem inclusisse, et remisisse humorem qui obstructionem faciebat, occultum organum dandum est solidis, quod antea habebant et quod perdiderunt constrictione, hicque humor implicitus reddendus fluidus, tam piger factus suâ mansione, ut possit cum aliis circulare,

idque perficitur anodinis resolutivis qualia sunt, olea -
fricta cum optimis plantis resolutivis, oleum laurinum, -
oleaque in naturâ posita; quæ, fibram in rugas cogendo -
eorum propriâ activitate, humorem compellit ad alibi -
se conferendum, ut liquefiat, cum omnibus aliis illum -
miscendo, utque natura eum postea transferat viis -
excretoriis, pro separatione; indeque perfecta depuratio -
fit, quæ adhuc est juvanda concinnis remediis, ad -
originem integrè delendam; hæc remedia sunt, -
ptisannæ cum radicibus aperientibus et refrigeratoriis,
cassia, rhabarbarum, therebentina præparata, tan-
dem omnia optima urinam concitantia intùs -
sumpta, quæ chirurgi practici noscere debent.

4° Eorum usus convenit in omnibus affectionibus -
contra naturam tum sanguineis ~~tum~~ et limphaticis,
tum arthriticis et epiphoris obnoxiis, præcipue in ortu
suo quia, si tensio et constrictio ad ultimum suum -
extremum prosequatur, alicui fibræ solutio continuita-
tis advenit, et tunc humoris coctio statuenda est, -
qui ad foras extrudi debet instrumentorum auxilio,
ad pus emittendum; sic omnia instrumenta in -
numerum anodinorum referri debent, cum -
leniunt et ad sanationem adjuvent, nos -
liberando à corpore adventitio quod naturæ destructionem -

causat, eamque exeruciat, nimiam difformitatem impediendo manu soluti et remediis concinnas; item remedia caustica, omnes operationes, et particulariter ad extrahendum calculum sectio, sunt anodina chirurgiæ, broncotomie in angina, empieme in effusione quæ in pectore fit, propter respirationem anxiam, buboncella in hernia strangulatæ, propter motus antiperistalticos &c. sic omnes morbi generaliter doloribus subjeti anodina petunt, sive nascantur ex humore, ex ventu aut positionis vitio, solidis partibus; ex humore sicut erysipellas, phlegmo, ædema, schirrum, cancer &c. sive sint simplices aut compositi, sicut erysipellas cum phlegmone, phlegmo cum erysipellata &c. ex ventu sicut emphiseme, ex positionis vitio sicut luxatio, fractura completa aut implicata, omnesque herniæ species; addam ictus, casus, punctiones, convulsiones, vulnera, ulcera &c. et cum continuitatis solutio est alicui fibræ nervosæ, sectio suturâ consecuta dolorem tollit, sic hæc operatio est anodina, idem fit in vulneribus et ulceribus quæ eandem fibram vulnerant quibusque pro anodinis damus omnia balsama liquida et solida et optima digestiva quibus ungimus superficiem et summa eorum labra, ad conservandam flexibilem fibram, liberumque

laesum succosorum nutricatium adque aerem aditu-
prohibendum, propter motus spontaneos qui depravationem-
et succosorum putrefactionem producunt, postea catap-
lasmata anodina quae sunt supra, applico, cum parti-
fit inflatio; undeque sanatio perfecta quam producit
natura his remediis adjuta; consequitur; inter balsama
liquida et solida, utor balsamo sancti victoris, oleo-
hiperici therebentini, balsamoque arcaei, &. inter-
remedia digestiva therebentina venitia liquefacta-
cum ovi luteo, oleoque hiperici animato quantum-
satis est cum vini spiritu camphoreti, et desuper
unguentum diapalmatis cum oleo hiperici dissolutum,
aut ceratum galieni aut aliud factum cum oleo-
hiperici et aliquantulum gummum resolutivarum-
in pulvere ne nimis adhaereat cuti, postea penicilla-
et ligaturae convenientia quae in numerum resolutivorum-
anodinorum refero, praecipue pro tumoribus oedemato-
sis et varicosis, &c. adhuc loqui habeo de vulneribus
armorum calidorum et sclopporum, vulnera armorum-
calidorum sunt cum strangulatione aut sine strangu-
latione; in his remedia sola quaeritur quae, cum
vulnus vino lavatur, producitur aqua vulne-
rariâ aut balsamis; in illis oportet frenos detra-
here, vulnus dilatando, etillud aperitum conservare
si sit effusio, sanguinis eruptionem in suam potes-
tatem redigendo; in vulneribus sclopei chirurgia-

docet modum corpora adventitia extrahendi, dilatando; omnes fraenos detrahendi ad strangulationem evitandam, et vulnus conservandi in lenita suppuratione, id fit digestivis supra dictis, aquâ vitæ animatis in quâ sal ammoniacum erit dissolutum, ejus proprietates excellentes putrefactioni obsistunt, fibram extendendo; illam in pristinum statum restituendo, partem fovendo cum vulneravit, et penicillum ex aquâ vulnerariâ expressum super partem applicando et desuper cataplasmata anodina resolutiva; experientia constat. ad me non subjiciendum repetitionibus nimis iteratis quæ sunt in hoc commentatio, finem facio, ex usu octo annorum sperans exercitatione longiori illud melius statuere.

ars lon[...] brevis
chirurg[...] [...]nensis

Cursum succosorum nutrientium adque aerem aditū prohibendum, propter motus spontaneos qui depravationem et succosorum putrefactionem producunt, postea Cataplasmata anodina quæ sunt supra, applico, Cum partifit inflatio; undique sanatio perfecta quam producit natura his remediis adjuta, Consequitur; inter balsama liquida et solida, utor balsamo sancti victoris, oleo hiperici therebentini, balsamoque arcæi, & inter remedia digestiva therebentina venitiæ liquefacta Cum oui Lutteo, oleoque hiperici animato quantum satis est Cum vini spiritu Camphorati, et desuper unguentum diapalmatis Cum oleo hiperici dissolutum, aut Ceratum galieni aut aliud factum Cum oleo hiperici et aliquantulum gummum resolutivorum in pulvere ne nimis adhæreat Cuti, postea penicilla et Ligaturæ Convenientia quæ in numerum resolutivorum anodinorum refero, præcipuè pro tumoribus œdematosis et varicosis, &c. adhuc loqui habeo de vulneribus armorum Calidorum et sclopporum, vulnera armorum Calidorum sunt Cum strangulatione aut sine strangulatione; in his remedia sola quæritur quæ, Cum vulnus vino Lavatur, producitur aut aquâ vulnerariâ aut balsamis; in illis oportet fraenos detrahere, vulnus dilatando, etillud aperitum Conservare si sit effusio, sanguinis eruptionem in suam potestatem redigendo; in vulneribus sclopei chirurgia

docet modum corpora adventitia extrahendi, dilatando; omnes fraenos detrahendi ad strangulationem evitandam, et vulnus conservandi in lenitâ suppuratione, id fit digestivis supra dictis, aquâ vitae animatis in quâ sal ammoniacum erit dissolutum, ejus proprietates excellentes putrefactioni obsistunt, fibram effundendo; illam in pristinum statum restituendo, partem fovendo cum valneravis, et penicillum ex aquâ valneraviâ expressum super partem applicando et desuper cataplasmata anodina resolutiva; experientia constati ad me non subjiciendum repetitionibus nimis iteratis quae sunt in hoc commentatio, finem facio, ex usu octo annorum sperans exercitatione longiori illud melius statuere.

ars longa, vita brevis.
chirurgus nivernensis
1745.

Mémoire N.° 7 pour le Prix des Acadins, reçu le 19 Janvier 1746.